

austeram in mortificatione continua egisse vitam; & sanctum Lucam perpetuo virginitatem conservasse, idcirco B. Virgini fuisse dilectum præ cæteris.

629. D. Epiph. D. Gregor. D. Dorotheus. Euthymius. Marian.

630.

D. Irenæus. Tertul. D. Hieron. Theodor.

2. Cor. 12.

D. Dionys. D. Gregor. D. Chryl. Theophyl. D. Thom.

D. Gregor.

Luc 24.

631. Metaphr. Damian. Hypolit.

2. Cor. 8.

Græcus.

Occumen.

D. Epiph.

D. Hieron.

An fuerit Christi Domini Discipulus maxime dubitatur. Affirmant Divus Epiphanius *heres. 11.* Sanctus Gregorius *Præfation. in Job, cap. 1.* Dorotheus *in vita S. Lucae*, & in eadem sententia ex Origene sunt Euthymius, Mariaoa, & alij in *Lu. am.* hanc sententiam fecutus sum *tom. 1. in Evang. in Proæmio, cap. 5. num. 16.*

Alij e contra tenent eum non fuisse Christi Discipulum ex eo, quia ipse in exordio sui Evangelij ait se scribere, non ex visu, sed ex auditu, ut *narraverunt nobis, qui a principio ipsi viderant*, & dicunt eum fuisse Discipulum non Christi, sed Pauli. Ita D. Irenæus *lib. 1. cap. 20.* Tertullian. *lib. 4. contra Marc. cap. 2.* S. Hieron. *in cap. 63. Isai.* Theodoret. *in vita sancti Patrum*: Ad prædictum fundamentum facile responderetur, D. Lucam non omnia Christi acta vidisse, sed quædam audivisse, quædam vidisse; tamen per sui humilitatem, ait quod audierit sicut Apostolus Paulus. *2. Cor. 12. num. 4. Raptus in Paradisum audivit arcana verba.* Et tamen communiter omnes sancti Patres, D. Dionysius de cælesti Hierarchia. D. Gregor. *Homil. 4. in Ezechielem*, hic D. Chryl. *in Theophyl. & D. Thomas hic, & 1. part. quæst. 12. art. 2.* tenent, quod ipse viderit multa de Divinis attributis, de Divina Majestate oculis interioribus, Ordines Angelorum, eorum gloriam, & gratiam, & insuper sublimem gloriam Christi, sanctorum pulchritudinem, choreas & gaudia; & tamen Apostolos pro sui humilitate ait quod audierit, quod minus est, quam quod viderit; sic & Beatus Lucas præ humilitate non audeat dicere de se, quod tot, & tanta mysteria viderit, sed quod audierit ab his, qui viderunt à principio D. Gregorius loco citato existimat D. Lucam fuisse comitem Cleophar, & utriusque Christum se revelasse in Emaus per fractionem panis *Luc. 24. n. 13.* de quo egi *3. tom. in Evangelio suo loco.*

Dicitur etiam D. Lucas à Patribus Apostolorum, ut à Metaphraste citando. Petrus Damiano *serm. 49.* & ab Hypolito Martæo in libro, qui dicitur Apostoli Mariani *cap. 16.* quia Apostolatus Pauli laborum, & periculum fuit comes, & cooperator, idque ex suffragio, & electione Ecclesiarum sic ait Apostolus. *2. Corinth. 8. num. 19. Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Evangelio per omnes Ecclesias, non saltem autem, sed & ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ.* O. dinatus Græcus habet consecratus est ab Ecclesiis, quæ Spiritu sancto regebantur; unde patet plus cæteris Spiritu sancto plenum fuisse, venitque cum Apostolo Paulo Romam, ait, Occumen. Proæmio in Lucam; deinde in Orientem est reversus, Lybiam petiit, & Thebanos Christiana Religione, & ut ait D. Epiphanius *heres. 61.* prædicavit primum in Dalmatia, Galatia, Italia, Macedonia multosque labores, persecutiones, ac ærumnas in hoc suo Apostolatu pro Christo perpeffus est, usque ad annum 84. ut testatur D. Hieron. & inde merito Ecclesia eum hoc elogio insignivit, *Qui crucis*

mortificationem, jugiter in suo corpore pro tui nominis honore portavit.

Inier quatuor animalia descripta in Apoc. 632. lyphi *cap. 4.* Vitulo designatur; nam D. Lucas Apoc. 4. dat exordium suo. Evangelio à Christi sacerdotio, & sicut D. Mattheus regiam ejus dignitatem adombrat in Leone, sic Lucas ejus sacerdotale officium in vitulo. In prima fronte sui Evangelij describit sacerdotium: *Fuit in diebus Herodis Regis Juda, sacerdos quidam nomine Zacharias, cumque ad adolendum sacrificium ante altare statuit.* Recte vitulus sacerdotem depingit, est enim præcipua victima, quæ à sacerdote offerebatur; & sicut vitulus onera portat, sic factus suis humeris, debet portare onera populi, ut eum ad salutem perducatur. Tertio maxime in D. Luca, vitulus vomere præcindit terram, ut iusto semine fructum producat; sic D. Lucas vomere sui sacratissimi Evangelij nostri cordis arva profulcat, ut uberes gratiæ fructus germinet. Quarto Vitulus, seu ut habet Arabicus, Taurus, secundum animal simile tauri. Taurus cornibus fortiter se ab Adversariis defendit; sic Divus Lucas duobus suis voluminibus Evangelij, ac Actuum Apostolorum Ecclesiæ est propugnaculum, contra omnes hostes ac falsos dogmatistas. Hanc cognitionem nobis præbet Cardinalis Damian. *serm. 73.* & ait, Damian. *Idcirco Beatus Lucas vituli præcendit imaginem, quia dum Evangelicam, atque Apostolicam describit historiam, hostes Christi, atque adversarios vera fidei, tanquam duobus cornibus ventilat, eosque expugnat.*

In scribendo suum Evangelium, mirum habet artificium D. Lucas. Ait Joannes in Apocalypsi *Primum animal simile leoni; secundum simile vitulo.* Cur Leo conjungitur cum vitulo, & non potius cum Aquila, quæ connexio Leonis cum vitulo? Quid mattheus cum Luca? Uterque suscepit terram narrandi Christi generationem, D. mattheus descendendo usque ad Christum; Lucas verò sublimiori, & alicui stylo ascendendo de Christi baptismo ad Deum Patrem, ut per fidem Christi ad ipsam Patrem luminum deducant nos. Citatus Damian. *serm. 73.* sic ait: *Quia redemtionis materiam uterque Evangelista sic invenit dividant, ut Mattheus per generationum lineam descendendo, Christum ad nos peccatores de caelis advenisse, perhibeat Lucas autem à Sacramento Baptismatis ad Patrem usque ascendens, traxisse nos secum ad cælestem gloriam peccatorum serdibus ablatis ostendat.*

Fuit D. Lucas, ut dictum est, illustrissimus Evangelista, cujus Evangelium probatum est à D. Paulo, inde de eo ait, *cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias.* Fuit etiam medicus, & pictor, ut de eo testatur Nicephorus *lib. 2. cap. 43.* ait: *Lucas Antiochia, quæ est in Cæsaria ortus, medicus simul, & pictor egregius.* Divus Anselmus ad *cap. 4. ad Coelest. ait: Lucas primo fuit medicus corporum, deinde conversus ad Christum, factus est medicus animarum.* Inde est quod plusquam alij Evangelista loquatur de misericordis Redemptoris, per quas languores peccatorum ab animabus pelluntur. Qui medicus erat corporum, conversus ad Christum sic medicus animarum, sicut & Apostoli Petrus, & Andreas, qui erant piscato-

res piscium in mari, per Christum sunt piscatores hominum in terra. Ait D. Anselmus, *Plusquam alij Evangelista loquatur de misericordis Redemptoris; quam maxime prædicabat, & omnibus omni affectu procurabat.* Nicephorus citatus refert de eo. *A divini verbi contemptoribus ex fructifera olea arbore suspensus, quod aridi ligni, unde crux fieret, copia non esset Deo spiritum commendavit.* Quod etiam de ejus morte in oliva testatur Glycas *lib. 3. Annalium.* Oliva simbolum misericordis; in ea animam exhalat D. Lucas, ut misericordiam, quam vivus pro suis deprecabatur, etiam moriens pro suis intersectoribus impetraret, charitas quæ in ejus pectore, cum viveret, ardebat, etiam ipso mortuo non est mortua, sed viget. Vide quæ dixi *Opuscul. 1. 9. 1. n. 13. & 14.*

Glycas.

635. Nicephorus. Baron.

D. Gregor.

Nissen.

636.

Nicephorus citatus, & ex eo Baron. ad annum Christi 61. n. 9. referunt. *Quod ad ejus momentum finit multa salutis miracula, sicut ex sacris imaginibus Christi, ac Sanctissime Matris ejus, necnon Petri, & Pauli ab eo coloribus effigiat. O ingens charitas præclarissimi Evangelistæ, qui miris modis omnibus prodest, doctis suis libris, idiotis verò pictoris. Sancti Gregor. lib. 9. epistol. 9. ait: Quod legitibus Scriptura, hoc præstat idiotis pictura. Et Sanctus Gregorius Nissenus oratione de sancto Theodoro: ait: Soleo etiam figura tacens in pariete, loqui, maximeque prodesse. Sunt enim imagines tanquam libri expanti ante oculos nostros, qui à nescientibus legere leguntur. Dum rusticus videt Christum Dominum flagellis cæsum, spinis coronatum, maxime ad ejus amorem, affectum, ac devotionem excitatur. Noster ergo Evangelista. D. Lucas per Evangelij lectionem admonet salutem, per Acta Apostolorum Ecclesiæ venerationem, per medicinam infirmitatem medellam, per picturam amorem, ac devotionem, quibus inflammat corda nostra.*

Circa Evangelium Lucae tria sunt inquirenda, quo motivo, quo idiomate scripsit, quæ relatis variis opinionibus, quas retuli *tom. 1. in Evang. cap. 5.* ut ibi dixi. Divus Lucas habuit occasionem texendi historiam Evangelicam: ut falsa dogmata, quæ circa vitam Christi seminabant Cerinthus, Merintheus, ac alij ejusdem farinae, refutaret, ac à veritate, aliena ostenderet. Secundo scripsit Græco idiomate in Achaia, ac Bæotia, quo autem tempore variæ sunt sententiæ; ac proinde scripsit post D. Mattheum tribus, vel quatuor annis. Vide quæ dixi *citato loco.*

QUESTIO VII.

De Sancti Joannis Evangelista, & Apostoli Evangelio.

SUMMARIUM.

637 Variis in locis de laudibus Joannis egi. 638 Joannes alius cæteris volat. 639 Moyses velut splendorem sui vultus, Joannes Sylveira Opuscula.

nex manifestat splendorem Trinitatis. 640 Joannes non sustinet splendorem Transfigurationis, super se volat ad lucem Trinitatis: & n. 641. 642 Joannes dicitur filius Virginis, moribus, ac operibus. 643 Plusquam martyr ad imitationem Virginis. 644 Omnia Joannis habent singularitatem, & excellentiam. 645 De occasione, idiomate, loco, ac tempore scribendi Evangelium.

De laudibus, ac magnalibus hujus magni Apostoli multa dixi variis in locis *tom. 5. in Evangelio, lib. 9. cap. octavo*, per decem & octo quæstiones, & *tom. 6. in Evangelio ad cap. 21. Ioan. & tom. 1. Apocalyp. cap. 4. quæst. 31. & tom. 2. cap. 2. quæst. 27.* tamen tanti Evangelistæ memoria non strictim est prætereunda.

Joannes Evangelista licet ultimus omnium scripsisset Evangelium, primus tamen est sublimitate, dignitate ac altitudine mysteriorum; ait Joannes in sua Apocalypsi 4. Apoc. 1. num. 6. *Et in circuitu sedis quatuor animalia: & animal primum simile leoni; secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis; quartum animal simile Aquila volanti.* Tria illa prima animalia, quæ tres primos Evangelistas adumbrabant, tanquam in terra morabantur, at sola Aquila, quæ Joannem denotabat, volat; alij Evangelistæ de humana Christi natura agunt, & ideo videntur degere in terra; at Joannes solum volat ad Æterni Patris consensum, unde apud Ezechielem dicitur *1. num. 10. Facies Aquile de super ipsorum quatuor.* In num. ex quatuor erat Aquila, id est, Joannes, & tam altè, ac sublime volavit, ut volaret super seipsum, ut alibi latius notavi.

Moyles fidelissimus Domini, valde intimè familiaris, cum quo Dominus valde amicebiliter loquebatur tanquam amicus cum amico, cum videret Domini majestatem in Angelo representatam in rubro; *Non audebat aspicere contra Dominum.* Exod. 3. num. 6. At Joannes multo superior omnem humanam naturam, spiritus Angelicos prætergrediens, usque ad Tribunal Sanctissimæ Trinitatis penetrat, & illustratâ divinitus mente, tres illius personas intuetur, & de omnibus dat testimonium, & præcipue de verbo Dei. Moyles eum splendida esset facies sua, *posuit velamen super eam.* Exod. 34. n. 33. ut posset videri à filiis Israël; at Joannes tam plenus est divino Spiritu, ut ipsam Æterni verbi splendorem, publicè, ac patenter omnibus annuntiet, prædicet, ac manifestet. Damianus Petrus Damian. *serm. 2. de S. Ioan.* ait: *Faciem suam obtulit Moyses, ne videretur à populo. Illo nempe, Joannes etiam divinitatis revelat essentiam, ut Deus ab omnibus agnoscat; atque ut idem repetam, ille splendorem sui vultus obrexit, ne ab illa plebe videretur? Ille Dei Verbum, quod est imago Patris, splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus.* Hebr. 1. Hebr. 7. num. 3. perspicuè revelavit ut ab omnibus agnosceretur.

Prætere iterum: *Aquila de super ipsorum quatuor.* 640.

quatuor. Ad admirabile Transfigurationis mysterium, assumptis Jesus Petrum, Jacobum, & Joannem, & videntes tantam gloriam majestatis Christi, cujus facies resplendebat ut Sol, vestimenta alba sicut nix, & vox Patris, cum audiretur, Timuerunt valde, & ceciderunt in faciem suam. Matth. 17. numero 6. Et tamen postea ipsemet Joannes, qui erat unus ex tribus superne volar ad thronum Sanctissimæ Trinitatis, & ipsam inscrutabilem divinam Majestatem fixis oculis contemplatur. Unde tanta reorum divinitas? Antea erat Joannes Apostolus, ac Discipulus, & ideo videns gloriam humanitatis Christi, cecidit in faciem suam: ac postquam in Cæna recubuit in pectore Christi Joannes 13. numero. 23. tanquam secretarius divinitatis super se ipsum extollitur, ut fluentia divinitatis ebibens in publicum eructaret, ut dicat: In principio erat verbum. Divus Cæsar. Dialog. 3. interrogat. 176. ait: Joannes Evangelista omnibus superior; Baptista cum multo timore etiam jussus tangere Christi versicem carnem gestantis non audebat: hic autem plures omnibus libertates habens, in Dominica cæna in sinu Domini procumbens, paulo post super ipsam Sanctum unicus cum Deo hominis pectus se se reclinat, & inde de verbo verbum hausit, atque omnibus sub cælo intonnis illud. In principio erat verbum. Divus Gregorius Magnus homil. 4. in Ezechiel. ait; Si Aquila cum aliis tribus adjuncta, quatuor animalia esse commemoratur, miror, quomodo de super ipsorum quatuor esse describitur, nisi quia Joannes per id, quod in principio verbum vidit, etiam super semetipsum transiit: nam nisi se transisset, verbum in principio non vidisset.

641. Et quid mirum quod ad tam superbam, & altam cognitionem Joannes elevetur, cum singularissimè à Christo datus sit filius Virginis. Mulier ecce filius tuus. Joan. 19. & inde Sacratissima Virgo eum singulariter dilexit, ut habitans eam eo in eadem domo, omnia mysteria, quæ à filio audierat ipsa Joanni communicaret. Divus Thomas à Villanova concione de Sancto Joanne Evangelista, sic ait: O verè egregium discipulum, qui post Christum, talem promeruit habere præceptorem, quid ab ea non didicit? Quid ab ea non impetravit? Omnia, quæ à filio suo in familiaribus locutionibus ipsa audiverat, in Joannem, sicut in filium, libentissimè transfundit.

642. Ab hac filiatione non discedo. Mulier ecce filius tuus, cum Christum ingreditur in domum Zachari ad hospitium, ait ad eum: Hodie salus huic domui facta est, eo quod ipse filius sit Abrahe. Luc. 19. num. 9. Ex quo magna exoritur questio; quomodo Zachæus dicatur filius Abrahe: nam Zachæus Chananeus erat, ut tenent Tertullianus lib. 4. contra Marcionem. Divus Cyprianus libro 2. epistol. 3. Divus Chrysostomus homil. de Zachæo, ubi ait: Zachæus filius Abrahe merito non sobole, devotione non stirpe. Similiter Glossa ordinaria ait, Filius non carne sed fide. Divus Asterius apud Biblio-

tec. Focci; Quid commune habet Abrahæ mi genus, & Chananeorum. Certè manifestum est, quod non secundum carnem filius Abrahæ fuerit, sed moribus, & operibus simul. Sic sanè Joannes dicitur filius Sacratissimæ Virginis Mariæ, sed quantum imitatione, moribus, ac operibus. Postquam Christus ascendit in cælum, in eodem habitaculo cum ipsa moratur, illique tanquam obedientissimus filius in omnibus obtemperabat, eamque ut supremam Dominam venerabatur, illiusque conversationis colloquio instruebatur, ejusque documentis, ac doctrina imbuebatur, illiusque exemplo informabatur Sanctus Thomas de Villanova Concion. de Sancto Joanne Evangelista, ait: Jam ex hoc intelligere licebit, quanta felicitatis, & gloria fuerit, tot annis post Ascensionem Domini, cum Virgine commorari, eam sicut filius alloqui, ejus decora præsentia, & jucundo colloquio tam familiariter frui, ejus magisterio imbuti, ejus exemplo, & moribus instrui. Expende ultima verba ejus exemplo, & moribus instrui.

643. Communis est omnium sententia S. Hieronymi, S. Ildephonsi, Sancti Thomæ, Sancti Anselmi à me citati tom. 1. in Evangelia, lib. 2. cap. 6. quest. 12. num. 43. quod Sacratissima Virgo doloris vi, quem passa fuit in morte filij sui, gravissimum martyrium sustinuit, & tunc adimpletum esse illud, quod ei prædictum fuerat à Simone: Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Luc. 35. circa quæ verba audiendus est Divus Hieronymus. D. Hieron. Alii sancti passi sunt pro Christo in carne, Beatissima verò Dei genitrix in ea parte passa est, quæ impassibilis habetur, & ideo plusquam Martyr fuit. Alii sancti cruciatus martyrii, ac dolores sustinuerunt in corpore, Sacratissima Virgo in anima, quæ est impassibilis, & pars multo nobilior corpore; & ideo plusquam Martyr fuit; ait Divus Hieronymus. Major omnium Martyrum. Divus Ildephonsus Joannes Evangelista Virgin. imitator ejus vestigia est secutus, ipsam in omnibus imitabatur. Joanni, ac Fratri Jacobo ait Christus Dominus: Potestis bibere Calicem, quem ego. Calicem nempe suæ passionis, ac mortis. Dicunt: Possamus; ait illis Christus; Calicem meum bibetis. Matth. 20. numero 23. Quomodo Joannes calicem mortis, ac passionis ebibit, cum ipse vi tormentorum animam non exhalavit. Respondet ibi Pelbartus, & qui tunc Christum usque ad crucem sunt secuti, ut Joannes, Maria Magdalena, non oportet, moriantur pro me per martyrium, jam enim commortui sint cruce mihi. Estius ad cap. Joan. 21. num. 21. ait: Solus Joannes licet initio fugisset, rediit tamen, & Christo morienti sub cruce assistit, ita ut quodammodo in Christo patiente passus est, doloris gladius animam ejus transiit. Joannes ut verus filius Virginis, Matrem in omnibus imitator illius vestigia sequens, Virgo Mater sustinet dolores martyrii, non corpore, sed anima, ita & filius singulariter adoptivus Joannes acerbos martyrii dolores non in corpore, sed in anima cruciatur, & ideo plusquam martyr

martyr, ac ut ait Ildephonsus; major ceterorum martyr.

644. Omnia quæ sunt Joannis, habent quandam sublimitatem, excellentiam, & singularitatem, dicitur Discipulus, ac Apostolus, sed mira singularitate: Discipulus, quem diligebat Jesus, qui supra pectus Domini in cæna recubuit. Dicitur Evangelista, mira singularitate, alii de humilitate agunt, Joannes super-evolat ad thronum Trinitatis, intonans In principio erat Verbum, & cum ipse in Aquila denotaretur, inde solum de ea dicitur Apocalypsi. 4. Et quartum animal simile Aquila volanti, & Ezechiel. 1. Facies Aquile desuper isorum quatuor, ut jam in hac questione notavi, dicitur Propheta, & quadam singularitate supra omnes Prophetas cap. 1. Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus manifestam facere mittens per Angelum suum servo suo Joanni; hoc est, ut explicavi omnia secreta futura, quæ æternus Pater Filio suo unigenito in primo instanti suæ Incarnationis revelavit, ut illa annuntiatet, ac palam faceret; ipse unigenitus Joanni communicavit, ut ipsa futura publicaret, ut vulgaret, in ipsis abditissimis futuris propalanda, tanquam vices Christi gerens in his, quæ æternus Pater Filio suo revelavit. Dicitur & Martyr præ ceteris Sanctis, alii passi sunt corpore, ipse verò anima instar Sacratissimæ Deiparæ, & ideo plusquam Martyr, ut superiori numero explicavi. Dicitur & Virgo singularitate quadam: nam dicitur filius Virginis, seu ipsius virginitatis, imò filius ipsius virginitatis, ac puritatis. Deipara tam pura, Sancta, ac Virgo est, ut etiam ut alibi dixi in abstracto dicatur ipsa puritas, virginitas, ac sanctitas. Dicitur & Angelus quadam singularitate, cum supra omnem chorum Angelorum ambulaverit, ut jam dixi. Pro qua re audiendus est Petrus Damianus sermone 1. & 2. de Sancto Joan. & ait: Quid enim divina Sapiencia quæris, quod apud Joannem reperiri non possit: Quid necessarium in doctrinis, quod Joanni Sacrosancta volumina non teneant. In speculanda summa Divinitatis essentia, præcedit Prophetas, supergreditur Patriarchas, Apostolos superat, postremo totius humanitatis vices transcendit, & illud usque aciem tendit, quod vix, & angelica valeat attingere creatura.

De Evangelio quantum ad motum scribendi, linguam, locum, ac tempus.

Circa Evangelium quatuor sunt inquirenda. Primo occasio, ac motivum scribendi. Secundo de idiomate. Tertio de loco. Quarto de tempore, quæ omnia satis explicavi in proæmio, cap. 6. & quantum ad occasionem, ac motivum, triplex exitit, Quia eum sæpe Joannes sermonem fecisset de divinitate Christi, rogatus est ab Episcopo Afix, ut de illa scriberet. Ita D. Hieronymus, Divus Dorotheus, Divus Augustinus, Divus Cyrillus, Divus Thomas: Secundum motivum exitit scribendi, ut refutaret Cerinthum, & Ebionem, ac alios Christi Sylveira Opuscula.

divinitatem negantes, & impiè asserentes Christum tantum esse hominem, ex Maria Virgine natum. Ita citati Patres. Tertia. Eusebius lib. 3. Histor. cap. 24. ait: Cum ad Joannem trinum Evangeliorum notitia pervenisset probasse fidem, & veritatem doctorum, deesse tamen aliqua, & ea maxime, quæ primo sue prædicationis tempore Dominus gesserat, quia hæc videbantur omissa, rogatus dicitur, ut ea, quæ præterierant priores, ante Joannis editionem, & Salvatoris gesta conscriberet: unde quia notitiam secundum carnem Matheus, & Lucas descripserunt, reticuit hic Joannes, & à Theologia, atque ipsa Divinitate sumit exordium, quæ pars sine dubio ipsi veluti eximio per Spiritum sanctum reservata est.

D. Joannes scripsit suum Evangelium Græco sermone, ac Ephesi in Asia, in qua sententia conveniunt communiter ferè omnes, licet in hoc aliqui discrepent: nam Metaphrastes, & Nicephorus existimant, quod composuerit suum Evangelium in Insula Patmos. Salmeciron. prologom. 24. tenet quod literis mandavit suum Evangelium, antequam in exilium mandaretur. Communis tamen sententia est quod postquam reversus est ab exilio; Ita Divus Prochorus Christi Discipulus, qui secutus Joannem ipso distante Evangelium scripsit. Ita testatur ipse lib. de vita sancti Joannis cap. 46. Divus Epiphanius, D. Athanasius, Divus Isidorus, Divus Hieronymus, Sanctus Thomas, Beda, quos adduxi citato loco num. 22. & ita communiter interpretes ad Apocal. 5. num. 1. ubi ait Angelus Joanni: Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis; ut ibi dixi: At proinde secundum hanc sententiam scripsit Joannes suum Evangelium anno Christi nonagesimo nono; & post ejus passionem sexagesimo octavo. Vide citatum locum.

QUESTIO VIII.

De Actibus Apostolorum.

SUMMARIUM.

- 646 De nomine, quo hic liber dicendus est.
- 647 Variis nominibus, quibus dicitur.
- 648 Agitur de prædicatione Apostolorum juxta præceptum Christi.
- 649 Auctor ac Scriptor libri est D. Lucas & Græco idiomate.
- 650 D. Lucas scribens Evangelium, & acta Theophilo, illa tamen dividit.
- 651 De tempore, quo scripsit.
- 652 Librum non esse Canonicum dixerunt aliqui Hæretici.
- 653 Fides Catholica tenet esse Canonicum.
- 654 Libri magna est dignitas, ac utilitas, & n. 655. 656. 657.

De Titulo, seu Nomine.

Disputant hic Valla, & alii an hic liber dicendus sit, acta, seu actus Apostolorum, quæstio non est magnæ considerationis, & utroque modo à Patribus, ac gravissimis